



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Avxentivs Abb. 14. Febr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

S. AVVENTIVS ABB. 14. Febr.

A VVENTIVS, cùm eodem in contubernio non convenire Marti & vitæ innocentia perspiceret, ut DEO vacaret, vacationem à militiâ sibi impetravit. Neque arma tantum posuit, sed ut miserum contra frigus armaret, tunicam ex mendicabuli huineris suspen dit. Alias quò pauperibus stipendia numeraret, operam suam inter opifices locavit. Oxeam deinde montem conscendit, atque iterum, sed melior miles sub pellibus vixit, omni aliâ ueste abjectâ. His horrium pueri Pastores, cùm gregem amissum quererent, feram putarunt. Sed ille, quâ erat in juventutem humanitatem, facilè se hominem probavit, imò homine majorem ostendit, cùm vates pueris absens edixit, quò greges aberascent. Inter hæc celebrati ab accolis concurrentibus cœpit, cùm passim agri venirent, fani redirent. Ipse Imp. Marcianus familiariter usus viro fuit, & ad Chalcedonense Concilium evocavit. Ibi dum Patres præstolatur, & velut impostor habetur, à columba cibum accipit. Verbis deinde ac miraculis Christi divinitatem & virginitatem Christi Matris propugnat. Obit denique longâ patientiâ clarus, & vermes, cùm è putrido vulnere exciderent, loco suo reponere solitus, Nos delicati

ver-

E B.
ebr.
tu
vit
ca
tra
l ut
ini
en
nu
ices
on
iles
ab
res,
ram
tu
n
en
quò
rari
um
ent.
sus
inci
to
co
e ac
rgi
bit
ver
ent,
cati
ver

15. FEB. *Vita Sanctorum.* 105
verium nomen horremus, sed mor-
tui baculo scilicet (ut ille canes) abige-
mus. *Ex Metaphr.*

SS. FAUSTINVS & IOVITA MM.
15. Februarii.

Svb annum Christianum C. XXXII. Scum Brixiensis Pont. Apollonius metu tyrannidis fugâ subduxisset sese, ne barbaro furori lacerandus Christi grex pateret, meliores in locum Pastores FAUSTINVS Sacerdos & IOVITA Diaconus successere. Certè animæ suas non multò post impendere gregi suo non dubitarunt, cum memorabiles prius pugnas edidissent, quibus non modò Italicum Comitem, sed Adrianum ipsum Imp. quin imò ipsos Deos triumpharunt. Solis enim Colossum adorare jussi, hunc primò in carbones, deinde in favillas redegerunt, filio suo Phaethonti posthac similem. Iam leones, leopardi, ursiq; virtutem in Pastoribus nostris horruerunt, & cùm prius carnifex, interque hos sacrificulum Saturni, Comitemque Italicum laceras- sent, imperio Martyrum in silvas, & nemora sua emigrarunt. Post tot victorias etiam inter flaminas cantare Pæana pla- cuit. Denique ubi per omnem Italiam circumducti omnia theatra sanguine suo pinxerunt, patria rursus exceptit, & gladio cæsos coronavit. Fama obtinuit

G 5 Ange-